36-9-B-1

Index

Indicium de Automatis campanarium, ac de
Horologiis mutis, et de Sphaera artificiali
Romae 1658.
De Succino Borussorum Isaac Philosophi 1663
Poesie in lode del P. Girolamo con... della Madre
di Dio Predicatore in Ferrara 1696 ... fino
Bartoli Domenico nella morte del conte di ...
Oda ... Lucca 1665.
Ordelli. L'innocenza della M. di Dio il Regno de' Beati
... Napoli 1691.
Gesù Circoncisio. Oratorio per la vigilia di S. M. ...
dini nel fine dell'anno. Lucca 1654.
... l'Esquilino rivenito. Oratorio per la festa delle nevi
del Seminario di Lucca 1656.
La Fortuna incatenata per Musica ne' Comizi di
Lucca il 1663.
Il Porto della Libertà per la stessa nel 1654.
Scipione Affricano per Musica nella stessa Fun=
zione il 1667.
I Giganti abbattuti per la stessa il 1669. del Bartoli.
La Giustizia placata, Musica per la Nunziata in
Lucca il 1658.
Bruto ... Musica per le Comizi del 1660. Lucca.
M. S. per ... scintille del Bambin Gesù ...
94 ... delle stagioni. Concerto per la ... Nun-
ziata ... Lucca. 1657.
Fortini Ant. La Storia dell'Esquilino Dialogo
in Musica. Lucca 1652.
La Città di Dio Musica per le ... Nunziata Lucca
1667.

Digitized by Google

La Pace. Musica per i Comizij di Lucca 16..

Il Temistocle. Musica per li Comizij del 16.. del 17..
Barsanti.

La Libertà Raminga del Sig.re Pozzi per la
Elezione de' Comizij del 1678.

Il P. Massimiliano Dega Ode di D.n Bartoli ...
Lucca 1684.

Abb. Marighi Camaldolese. S. Romualdo Oratorio
Venezia

Oratorio per l'Assunzione della B. V. a Roma
... 1713.

Sassetti Vincenzo M.ro Domenicano Orazione
funebre di Innocenzo XI. Napoli 16..,

Feste fatte in Roma dal Marchese di Prié
per il giorno natalizio di Carlo III. 1709.

Moscheni. Bernardino. Il Catone Poesia p.
Musica per i Comizij di Lucca 1690.

L'Invidia abbattuta pei Comizij di Lucca 1657.

Colle D. Bernardo. Panegirico di S. Rosalia
Palermo 1639.

Dialogo per la Mad.a della Neve Lucca 1652.

La Nave d'Argo Concerto per Musica. ivi

Carina Giuseppe, dell'Oratorio. Panegirico di S.
Gio. da Capistrano, e Pasquale Baylon. Palermo 1691.

L'Eccela sacra per il V. P. Gio. Leonardi. Lucca 1652.

Il Legato di Dio per li Comizij. Lucca 1673.

Digitized by Google

Digitized by Google

IVDICIVM

32-9-8-1

DOCTISSIMORVM VIRORVM

Artiumque peritiſſimorum.

De nouis Campaniorum Automatis; nempe de Horologio Muto, ſeu de Horologio conſueto ex rotis abſque motus ſtrepitu: Et de Sphæra materiali, ſeu Artificiali cum motibus Planetarum abſque Tenſione; ideſt abſque illo Arte facto, quod in conſuetis Automatis Italicè dicitur *Caricatura*. Hoc eſt de Sphæra, vitro etiam optimè clauſa, vel alia re vndique tecta, cuius ſingulæ conuerſiones idem efficiant in Sole, & Luna, & quinque Stellis Errantibus, quod efficitur in Cœlo ſingulis diebus, ac noctibus; hoc eſt, vt tarditate, & celeritate diſſimillimos Planetatum motus vna regat conuerſio.

Notet tamen Lector, Lunam ab Authoribus (ad euitandam nimiam molis decem, aut duodecim pedum magnitudinem &c.) non promitti niſi in Sphara ſeparata à Sphara aliorum Planetarum.

Ex Alexandrinj P. Alex. Berti Biblioth. S. M.ᵉ in Portico in Campitello.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

ROMAE, Apud Thomam Coligni. MDCLVIII.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Doctiſſimorum in Collegio Rom. olim Matheſeos Profeſſorum de Campaniorum Horologio Muto, & Sphara materiali cum motibus Planetarum abſque Tenſione.

IVDICIVM

VIdimus,& conſiderauimus in noſtro Rom.Collegio Horologium Mutum,hoc eſt abſque motus ſtrepitu, & cum noua methodo monſtrandi ſucceſsiuè horas,à Ioſeph de Campanis confectum & certè omnibus à quibus, viſum, & obſeruatum eſt, opus laude ſingulari dignum iudicatum eſt; In quo tria ſunt noua inuenta, maximè vtilia, & concinna, quæ ſimul plurimi etiam habenda ſunt: Primum, quod nullus audiatur ſtrepitus in rotarum conuerſione, eo quod Tempus, ſeu ſpiritus, vt dici ſolet, Horologij, occulto artificio moueatur abſque vllo ſtrepitu, & hoc fideliſſimè ſemper obſeruet ſeruatis æqualibus horarum ſpatijs: Secundum eſt,quod hora cum quadrantibus, & ſemiquadrantibus appareat quaſi per Cœlum deportata nouo quodam,& inſolito motu:Tertium,quod noctu per lucernam intra machinam poſitam, reddantur horæ, quadrantes, & ſemiquadrantes omninò viſibiles; quæ omnia maximè deſeruiunt commoditati, & decori.

Quod hæc inuentio noua ſit, patet,quia hucuſque viſa non eſt: quod enim opponatur Horologium ex Aqua, à P. Bettino,& alijs deſcriptum videtur friuolũ; Certè illud Horologium Bettini,non eſt prohibitũ ex vi Bullæ conceſſæ dictis Campanis, conficiatur ab Artificibus; ſed quia illa inuẽtio Horologij videtur aliquibus difficile poſſe riduci commodè ad longam praxim,vt ſæpius à pluribus tentatũ eſt,hæc autem inuentio,quod tempus,ſeu ſpiritus Horologij moueatur æquabiliter, rectè ad praxim deducta eſt; hinc aliqui Artifices obijciunt inuentionem à Bettino relatam, ſed re vera vellent ſibi arripere inuentionem nouam,quæ ad praxim rectè procedit. Aliud enim eſt,eſſe Horologium rotarum ſicuti ſunt cætera, & in ſolo motu ſpiritus, ſeu temporis habere quandam machinam,quæ perficiat æqualitatem horarum ſine ſtrepitu,aliud eſt eſſe Horologium ſine ſuis rotis dentatis, ſed ſolum conflatum vnico tubo vi ponderis, ſeu Mollæ moto, & aqua pleno, quod in praxi minus exactè procedit,adeoque cuius inuentio pla-

Digitized by Google

nè diuerſa eſt, & nullo pacto per Bullam prohibita. Præterea horarum circumuolutio eſt etiam noua; Non eſt enim neceſsè ad nouitatem, vt nullam habeat genericam ſimilitudinem cum rebus notis, ſed quod habeat aliquid aliud quod res notæ non habent; Ars enim, non debet efficere miracula, ſed adhibere cauſas naturales taliter, vt nouus effectus producatur, adeoq; conſiſtit in ſimul adhibendis plurimis cauſis, quarum ſingulæ, licet ſint notæ, producant tamen effectum non prius notũ. Cum ergo tota iſta complexio talis Horologij noua ſit, iure priuilegio gaudet decennali. Nec in hoc fit artificibus præiudicium, qui Horologia, vt prius poſſunt conficere, & nouas etiam inuentiones excogitare, quæ non ſint, quæ à Campanis repertæ ſunt.

Quod ſpectat ad nomen Horologij, quod Mutum dicatur; hoc eſt ſine ſtrepitu motus, videtur proprium, & aptiſſimum: Horologia enim Solaria, vel Clepſydræ non poſſunt in rigore dici muta, quia de genere ſuo non ſolent eſſe loquacia, mutum autem eſt, quod de genere, ſeu ſpecie ſua deberet loqui, & non loquitur, hoc autem propriè dicitur de Horologijs dentatis, & rotatis, quæ communiter edunt ſtrepitum, vt patet: Cum ergo hoc Horologium ſit & rotatum, & dentatum, & per motum harum rotarum horas indicet, egregiè appellatur mutum, quaſi per priuationem, & non per negationem loquelæ, vt philoſophicè loquamur.

Conſiderauimus præterea deſcriptionem Sphærarum materialium cum motibus Planetarum abſque tenſione; & viſa eſt ſimiliter noua: Nam licet confecta ſint alia Horologia tales motus Planetarum exhibentia, tamen hos motus exhibent per dentatas rotas omnino connexas cum rotis primarijs, non autem per occultum artificium merè incluſum in ipſa Sphera Planetarum; adeout talis Sphera poſito ſolo motu 24. horarum, hoc eſt primi Mobilis, ab incluſio ſibi Artificio habeat exhibere motus Planetarum, ita vt etiam ſi manu circumuoluatur ſemel, ex ea circumuolutione conficiat per internum Artificium motum Planetarum illi circumuolutioni correſpondentem: Certè ſi quis conficiat Sphæram aliquam extra Horologium, vt ſingulis diebus eam ſemel circumuoluendo manibus, illa tamen, ex hac circumuolutione per internas machinas præſtaret motus Planetarum, profectò hæc Sphæra eſſet nouum inuentum, & maximi faciendum, ſed talis eſt Sphæra Planetarum à Campanis deſcripta: ergo eſt nouum, & mirabile inuentum, & omni laude digniſſimum.

Neque eſt vlla æquiuocatio in ea voce *abſque tenſione*; nam

ſicuti

ſicuti ſi quis conficeret Sphæram, vt iam dixi quæ manu circumuoluta, per ſua interna machinamenta præſtaret motus Planetarum, certè dicenda eſſet abſque tenſione illos motus oſtendere: Similiter hoc verè dici debet de hac Sphæra; Tenſio enim, quæ debetur ad motum 24. horarum, ſeu primi Mobilis, non eſt tenſio propria iſtius Sphæræ; ſicut intelligentia quæ girat primum mobile, non eſt intelligentia quæ mouet Sphæram Saturni, vel Iouis: Ergo cum omni proprietate, & veritate ſtat, quod dici poſſit abſque tenſione fieri eos motus Planetarum in Sphæra cum tali interno artificio fabricata. Hæc pro rei veritate poſui, atque ita omnino cenſeo; Ego Io. Baptiſta Giattinus Societ. Ieſu in Romano Collegio eiuſdem Societ. olim Matthematicæ Profeſſor Romæ die 24. Nouembris 1657.

Idem aſſero Ego Gabriel Beatus Societ. Ieſu in Collegio Rom. eiuſdem Societ. olim Mathematicæ Profeſſor, opuſque iudico verè nouum, & laude digniſſimum.

Ego Paulus Caſatus Societ. Ieſu in Collegio Romano eiuſdem Societ. olim Matheſeos Profeſſor, vidi Horologium ſuperius memoratum, & in eo duo potiſſimum noua ingenioſè excogitata conſideraui, motum ſcilicet rotarum ſine ſtrepitu, & horas noctu conſpicuas, ac propterea multa Artifici laus debetur. Sphera pariter ſi iuxta allatam deſcriptionem conficiatur erit longè vtiliſſima ſuper omnia huiuſmodi machinamenta ad res Aſtronomicas: Neque ſimilem Sphæram, aut vidi vnquam aut vſquam confectam legi: ideo erit commendatione digniſſima, & omnibus rerum Cœleſtium Amatoribus expetenda &c.

Ego Athanaſius Kircherus Societatis Ieſu, idem cenſeo iiſque ſubſcribo manu propria.

Ego Daniel Bartolus Societ. Ieſu, explorata diligenter vtriuſque Automatis ſupra deſcripti Anatoma, quoad partes, & inſtrumenta motus cenſeo vtrumque, & nouum planè inuentum eſſe, & ingenij, atque vtilitatis plurimum habere.

R. P. Franciſci Eſchinardi Societ. Ieſu Matheſeos Profeſſoris.
De Horologij Muti ſupra deſcripti Nouitate, & utilitate.

I V D I C I V M.

VIX hæc Peruſij Typis mandaram cum ex improuiſo ſuperiorum iuſſu Romam reuertor, non ſine cupiditate cognoſcendi, vera ne eſſent, quæ de D. Matthæo Campano ſupra laudato, eiuſque fratribus Petro Thoma, & Ioſepho, vulgo circumferebantur, ex occaſione Horologij cuiuſdam, de quo mox dicam: multa enim audiueram à doctis, & indoctis, quæ animum hùc illùc agebant, certum tamen ſemper de probitate, & ingenio viri adeo mihi noti: Et ſanè non multo poſt meum aduentum Romam, peropportunè inuitor ab ipſomet D. Matthæo Campano peruetuſto Amico ad aſpiciendam, imò, & introſpiciendam intimè machinam, non ſine magna mei animi voluptate, & admiratione, quam vt alijs impertirer operæpretium duxi hìc breuiter exponere; libenter autem figuris, verbiſque fusè explicarem, niſi vererer, ne aliquis, vt ſæpè accidit, vel inuidiæ, vel lucri gratia inuento adeo ingenioſo in Authorum damnum abuteretur.

Promitto tamen, ſuo tempore me omnia fusè explicaturum, nec multo ſanè meo labore, cum apud me habeam librum hac de re ſatis prolixum, quem eruditè, & ingenioſè ſcripſit d. D. Matthæus Campanus, eratque mox typis mandaturus, niſi mutato conſilio ſatius duxiſſet rem totam mihi committere.

Dicti igitur D. Matthæus, eiuſque fratres, contemplantes admirabilem illum modum oſtendendi horas in meo Horologio Hydraulico ſuprapoſito, animum induxerunt transferendi illum ad Horologia conſueta ex rotis, quæ tamen cum nunquam interpolato motu horas oſtendant, opus proinde habebant duplici foramine, vt peritis facilè patebit ex ſupradictis de meo Horologio Hydraulico, quæ duo foramina omnino ex diametro inter ſe diſtent, atque opponantur ita vt vno occidente, alter oriatur &c. Id quod licet primo aſpectu alicui fortaſſe facile videatur, non paruam tamen difficultatem habet, vt experientia ipſa docuit: poſt diuturnum enim laborem cognouerunt tandem dicti Petrus Thomas, & Ioſeph Campanij, nullam aliam figuram ad id eſſe aptam quam Decagonam pro Pentagona.

Sed quod adhuc maiorem ingerit admirationem inuenerunt modum oſtendendi horas ſupradictas etiam in plano Horizon-

tali,

tali, cum antea in pendulo tantum Horologio id poſſe fieri crederetur.

Inſuper aliquid adhuc admirabilius referam: Maiora adhuc meditantes ſupralaudati Artifices fœlici ſanè euentu tentauerunt Horologia conſueta ex rotis perficere, & ex importunè loquacibus, ſeu potius ſtrepitoſis muta facere; quod etiamſi fieri potuiſſet per mutationem Rotæ vulgo dictæ Sanctæ Catherinæ in meum Tympanum à me ſuprapoſitum, vt iam ſuo loco ibi indicaui, tamen re melius conſiderata, & vt machina minorem locum occuparet, ac motu magis inuariabili moueretur, excogitauerunt rem ſanè ingenioſam, & quam periti fieri poſſe credunt, quia factam vident; nempe ita Mercurium, hoc eſt, rem maximè inſtabilem intra paruam pyxidem concluſerunt, vt conſueti ſpiritus loco adhiberent ad motum Horologij ſine ſtrepitu, & maxima cum vniformitate temperandum; qua in re ingenio ne magis, an fortuna vſi fuerint non ſatis ſcias: Quis enim crederet, Mercurium id officij præſtare poſſe? certè plurimi non imperiti rem adhuc fieri poſſe negant: certè ego iure negaui in meo Horologio Hydraulico ſuprapoſito; ſed pyxidem à meo Tympano longè diuerſam non ſine diuturna meditatione, atque labore fabricauerunt, quam hic libenter ante oculos ponerem, niſi vt initio indicaui damnum hinc aliquod Authoribus timerem: certè ego cum aliquot viris doctrina, ac dignitate conſpicuis rem intimè vidi, atque admiratus fui: Tychonem enim ipſum in hoc ſuperauerunt, qui poſtquam diù inſudauit in moderando indomabili hoc Mercurio pro Clepſydris elaborandis, operam denique, atque oleum perdidit: Igitur Campaniorum fœlicitatem valdè miror, quibus natura tantam mentis, & manuum ſolertiam, quæ rarò ſimul coniunguntur, donauit: vt in eorum Automatis neſcias, inuentionem ne magis, an exactiſſimam elaborationem obſtupeſcas. Quin & Horologium aliud præ manibus habent ſimiliter mutum, rotatum, atque dentatum, quod præterea non eget ea, quæ vulgo dicitur *Caricatura*, magis quam Clepſydræ Arenariæ illa indigeant.

Reſo-

Reſolutio Dubij propoſiti, An ſcilicet præfata Sphæra cum motibus Planetarum ſit abſque Tenſione, ideſt (Italicè loquendo) ſe ſia Sfera ſenza Caricatura, come ſono li Mappamondi di legno, ò di cartone: E conforme ſono ſenza Caricatura, & anche ſenza moti interni de' Pianeti, ò delle Stelle, i Globi fatti di carta peſta, o di altra ſimil materia, per rappreſentare il Cielo ſtellato.

Admodum RR.PP. Societatis Ieſu, & omnium ſcientiarum genere Viri Ornatiſſimi, atque Automatopeæ facultatis peritiſſimi.

Controuerſia orta eſt inter Caium, & Titium: An hæc rudis Sphæra, ſeu Planiſphærium, ære clauſa (quæ PP. Veſtris Admodum Reuerendis examinanda traditur) duos continens Planetas, Solem ſcilicet, & Lunam, horum duorum Planetarum motus proprios dictos, exhibeat cum tenſione, an ſine tenſione, ſeu (pro purorum Automatopeorum maiori ſatisfactione, & intelligentia, inter quos agitur Quæſtio, Italicè loquendo) Se le Sfere di queſta ſorte, ſiano Sfere con li moti delli Pianeti, ſenza che ſi habbiano à caricare, sì, ò nò? Altera eorum diſcordantium pars enixè PP. Veſtras rogat, vt pro libito veritatis, Dubij deciſionem dare, Quæſtionem ſoluere, ac Controuerſiam, quantum in vobis eſt, terminare non dedignemini, quocumque rei controuerſæ, examine præuio, immo diligentiſſima, & accurata quacumque prædicti Planiſphærij (ſeu cuiuſcumque alterius verioris nominis huic Artificio proprij, & debiti) experientia facta atque præmiſſa. Veſtris enim Doctiſſimorum Virorum dictis, pars quæ rogat acquieſcet omninò. Die 9. Ianuarij 1658.

Reſpondemus ad quæſitum, poſt viſam, & conſideratam prædictam machinam experimento comperiſſe, Solem, & Lunam ſuos peregiſſe motus debitos ſingulis circumuolutionibus primi Mobilis, ſeu 24. horarum, eoſque perfeciſſe abſqe vlla tenſione, ſeu ponderis deſcendentis applicatione, ſed per internum omninò machinamentum, nobis omnino nouum, nec prius cognitum: Ita reſpondeo Ego Ionnnes Baptiſta Giattinus Societ. Ieſu, olim in Collegio Rom. eiuſdem Societ. Mathematicæ Profeſſor.

Idem

Digitized by Google

Idem ego teſtor Athanaſius Kircher.

Idem teſtor ego Paulus Caſatus olim in Collegio Rom. Matheſeos Profeſſor.

Idem ego teſtor Nicolaus Maria Pallauicinus Philoſophiæ in Collegio Romano Profeſſor.

Ioſeph Terronius Societatis Ieſu in Collegio Romano Profeſſor Mathematicæ.

Silueſter Maurus in Collegio Romano Philoſophiæ Profeſſor.

Bartholomæus Conuentinus Philoſophiæ Profeſſor in Collegio Romano.

Ego Gabriel Beatus vidi cum alijs prædictam machinam; & comperi Solem, & Lunam ſuos peregiſſe motus debitos ſpatio vigintiquatuor horarum ad vnicam circumuolutionem, eoſque peregiſſe abſque vlla ponderis tenſione, ſed interno machinamento, quod à nullo Artifice confectum hucuſque videram.

Gabriel Beatus Societatis Ieſu Mathematicæ Profeſſor in Collegio Romano.

Particula cuiuſdam Epiſtolæ
Ad R. D. Matthæum Campanum ſcripta
de Sphæra præfata conficienda.

Ex binis gratiſſimis veſtris litteris ſatis ea intellexi, quæ circa confectionem Sphæræ Archimedis videntur ingenioſè moliri duo fratres veſtræ Adm. Dominationis germani &c. Sed ſi ſpiritus ille intus in vitro recludendus (hoc eſt Artificium intra Sphæram vitro tectam occludendum) tam gnarus, & induſtrius fuerit, vt omnium Planetarum indices mediorum motuum in eorum excentricis preciſè, & periodicè circumagitare queat, Magnus erit mihi Apollo &c. Ego ſi præſens forem lubentem quoque obſtetricantem operam impenderem partui tam raro, difficili, & vtili. Vale &c. Bononiæ Pridie idus Octobris 1657. &c.

Seruus in Chriſto promptiſſimus
Fr. Antonius Maria de Reita Capuccinus.

SEN-

Ioannis Alſtedij in E. ycloped. tom.2. lib.16. cap.5. num.2. de Sphara Archimedea ita loquentis, videlicet.

SEd, & Archytas Tarentinus (voluit fortaſſe dicere, Archimedes Siculus) vt Cicero in Tuſculanis, & ex eo Lactantius, itemque Claudianus meminerunt, eiuſmodi Sphæram compoſuit, in qua inæquales motus, & cœleſtibus ſimiles conuerſionibus, ſingulis diebus effecit, vt non modo acceſſus ſolis, & receſſus, incrementaque, ac diminutiones Lunæ; verum etiam Stellarum, vel inerrantium, vel vagantium diſpares curſus Orbis ille dum verteretur exhibuerit. Mirabile profectò Automaton!

Atteſtationi di altri Valent'huomini per le opere ſopradette.

IO Infraſcritto faccio fede di hauer veduto vn'Horologio in caſa delli Signori Piertomaſſo, e Giuſeppe Campani Horologieri in Roma, fabricato da eſſi, in maniera, che ſenza ſtrepito del tempo, e con modo differente dalli Horologij ordinarij moſtraua le hore; e queſto fatto portar da me à moſtrare all'Eminentiſſimo Sig Cerdinale Gio. Carlo de Medici, fù giudicato da eſſo per vna belliſſima Inuentione; eſſendo che il moto di quello non veniua dal peſo di Acqua, come ſi è veduto in altri Horologi, che per gli accidenti, che porta ſeco detto Elemento, non ſono poi riuſciti durabili, nè aggiuſtati; e perciò ne ordinò Sua Eminenza alli detti, che gli ne faceſſero vno ſimile. Così anche dalli medeſimi hò veduto fabricato vn'Horologio in vno Studiolo, nel moſtrar le hore differentiſſimo da tutti gli altri da me veduti, nella baſe del quale era vna ſcatola tonda, che nel piano eſteriore per vna ſola riuolutione cauſatali in hore 24. dal ſopraposto Horologio, moſtraua nel piano di quella li moti diurno, e proprio del Sole, e della Luna; E queſto moto naturale non veniua cagionato dall'Horologio, nè da altra coſa eſterna à detta ſcatola, ma da principio rinchiuſo in eſſa, come ne fecero la ſperienza, hauendola tirata fuori dal luogo doue era fiſſa, e datamela in mano, e da me riuoltata, in vn tratto fecero il Sole, e la Luna li medeſimi moti, che faceuano in hore 24. quando era moſſa dall'Horologio: Qual modo di moto, è differente da quello

Digitized by Google

quello, che hò veduto in altre machine fabricate per detto effetto. Et in fede &c.

Io Vrbano Dauiſi Gieſuato mano propria.

IO Infraſcritto Profeſſore delle diſcipline Mathematiche, & d'altre facoltà, faccio fede di hauer viſto il ſopradetto Horologio fatto à ruote, ſenza rumore del tẽpo, fabricato dalli ſudetti Signori Campani, e da eſſi chiamato Muto, & hollo ſtimato, & lo ſtimo Inuentione. e diuerſo dagli Horologi d'acqua, quali io hò veduti. Similmente in vno Studiolo hò viſto vn Horologio, che moſtraua ſucceſſiuamente le hore ad vna ad vna, con modo affatto differente da tutti gli altri Horologi, e moſtre che io hò vedute; nel quale Studiolo hò viſto ſimilmente vna Sfera nella forma ſopraſcritta, nella quale il Sole, e la Luna, oltre alli moti diurni, haueuano li loro moti naturali cagionati da diuerſo principio di quello ſiano cagionati i moti delle altre Sfere da me vedute: Per il che le hò ſtimate, e le ſtimo inuentioni non ordinarie. In fede &c. queſto dì 17. Agoſto 1657.

Io Giulio Bartolocci Monaco di S. Bernardo.

IO Infraſcritto fò fede di hauer viſto vn'Horologio fatto in vn Studiolo dalli Signori Piertomaſſo, e Giuſeppe Campani con modo di moſtrar le hore nuono, & aſſai diuerſo da tutti gli altri modi, e moſtre, che io hò vedute, nel quale Studiolo vi vidi vna Sfera, la quale io andai a vedere per curioſità, ſtimando che foſſe fatta come vn'altra fabricata per coſa merauiglioſa dalla bona memoria del Creuter: La quale poi io la trouai diuerſiſſima in quanto alli ſuoi moti, e la ſtimai, e la ſtimo merauiglioſa, e per coſa nuoua, come da molti l'hò inteſa celebrare per tale, & in fede della verità, hò ſcritta, e ſottoſcritta la preſente di mia propria mano queſto di 17. Agoſto 1657.

Baldaſſar Coluzzi mano propria.

IO Infraſcrito fò fede, che nel meſe di Aprile 1656. fui chiamato in camera dalla bona memoria dell'Eccellentiſſimo Sig. Giuſtiniani Ambaſciatore per la Sereniſſima Republica di Venetia, à vedere vn'Horologio, che non faceua rumore alcuno di tempo, quale era ſtato fatto per preſentare alla Santità di N. Sig. Aleſſando VII. dal Sig. Piertomaſſo Campani; & inteſi il ſudetto Sig. Ambaſciatore bon. mem. che diſſe queſte preciſe parole.

Io

Digitized by Google

Io veramente, & in Germania, & altroue hò viſto in materia di Horologi coſe aſſai belle, ma mai hò viſto vna galanteria ſimile, & vna Inuentione ſi bella in ſimil genere. Li fù ſoggiunto da detto Signor Piertomaſſo, che ſi doueua far riflesſione à quel moto ſenza ſtrepito, e che à tale effetto cercarono gli Antichi di far gli Horologi à Aqua; i quali poi non erano in vſo, perche non riuſciuano giuſti, per la molta variatione, che faceuano alla mutatione de' tempi. E Sua Eccellenza riſpoſe: *D'Horologi à Acqua ne hò viſti anch'io; ma vedo molto bene, che quelli non hanno che fare con queſto noſtro.* Con queſti, & altri ſentimenti lo lodò in estremo; E per eſſer queſta la verità, hò fatta la preſente di mia propria mano. Queſto dì 17. Agoſto 1657.

Io Hercole Montini mano propria.

IO Gabrielle Grifoni, già Segretario della bo. me. del ſudetto Sig. Ambaſciatore Venetiano, eſſendomi trouato preſente à quanto di ſopra, atteſto anche con giuramento, eſſer vero quanto di ſopra: mano propria. In Roma queſto dì 20. d'Ottobre 1657.

Digitized by Google